



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. INST.
FF. ET C. PRO SOCIO.

QVAS CHRISTO DVCE, ET AVSPICE,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS ET CONSULTIS-
simis viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, &
D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,
in amplissimo ac florentissimo iuridicæ facultatis apud
Agrip. Collegio, pro laudabili hucusque recepta
consuetudine publicè disputandas
proponit.

PHILIPPVS DVCKER
A KRIECKENBECK, GELDRVS.

*Anno à partu Virginis MD. LXXXI.
XII. Decembris.*



COLONIAE AGRIPPINÆ Xx
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

EX TIT. INST.

DE ET C. PRO SOCIO.

OVAS CHRISTO DACE ET AVSPIC.
RESISTIBVS CLARISSIMIS ET CONVICTIS
HIS VIB. D. Joanne Michale Gessnerio
Johanne Holme SS. LL. Licent. Disputat. Col. Ag.
Agg. C. J. Prof. Publ. P. Publ. P. Publ. P.
Cognoscend. P. Publ. P. Publ. P.
propositis

PHILIPPVS DVORNER
A RECTORIBVS COL. AG.

Caenob. p. publ. v. g. m. C. A. LXXXIX
XII. Decembris



EXCVDEBAT PETRVS RESCHIDT.
COLONIAE AGRIPINAE
XX

CONTINUATIO

Obligacionum, quae ex rei interuentu proficiscuntur, discussa
i in pridem disputationibus: nunc satis iusta methodo inter co-
tractus, qui solo consensu perficiuntur, populari mandati iudi-
cio primas sibi vendicanti, (a) Societatis consideratio, quippe quae ius
quoddam fraternitatis complectitur, (b) ob necessitudinis arctissimum
vinculum subnectitur.

(a) Glof. in rub. C. mandati. Azo in sua summa. C. mandati, & Schneid. in rub. Inst. cod.
(b) l. verum in princ. ff. h. t. VVesemb. in parat. nu. 1. & 3. ff. mandati, & nu. 1. & 6. ff. h. t.

THESIS I.

Definitur societas, quod sit contractus iurigentium, (a) nominatus, (b) in quo bona
sive, (c) contrahentes societatem de rebus honestis, (d) ineunt, de fortunis suis,
operisve, (e) earumque rerum lucris & damnis inter se communicandis, (f) ad vbe-
riorem questum & commodiorem usum. (g)

(a) l. ex hoc iure, §. ff. de iust. & iur. l. iurigentium 7. de pactis, in princ. (b) l. huius edi-
cti 1. ff. de pactis, & d. l. iurigentium. (c) l. ea vero, §. fin. & l. cum duobus, §. venit, ff. h. t. &
l. pro socio 38. in prin. Bald. ibid. h. t. l. cum in societatis 3 C. h. t. & ibi glof. VVesemb. in pa-
rat. ff. mandati nu. 1. (d) l. nec praetermittendum, 57. & l. quod autem ex furto, 53. cod. (e) l.
5. cum seq. (f) l. si non, l. cum duobus 52. §. quidam sagariam ff. & d. l. cum in societatis 3.
C. h. t. (g) Mynsing in Inst. nu. 2. VVesemb. nu. 2. in parat. h. t. Azo in sua summa, C. h. t.

II.

Generaliter obtinet, rerum inhonestarum nullam esse societatem: (a) Hinc fit ut nullo
iuris vinculo, nec quidem iureiurando adhibito (b) deuiantur, qui sedtiosas improba-
tae societatis factiones contra vim & rationem legis nitentes, rapinis, violentia, (c) furtis,
alea, latrocinij, iniurijs, (d) perniciosè moliantur, cum fauorem legis non mereantur. (e)

(a) l. nec praetermittendum 58. h. t. l. quod saepe 35. §. 1. de contrah. emp. ff. (b) Peckius in
reg. iur. can. Non est obligatorium nu. 6. ampl. 2. Roman. sing. 9. (c) l. 1. §. plane, ff. de tute.
& ratia. distrah. d. l. quod saepe 35. §. veneni h. t. (d) l. quod autem ex furto 54. ff. h. t. Costa.
in l. 52. §. socium h. t. Bald. in rub. C. h. t. Mynsing. nu. 1. & 4. VVesemb. in parat. nu. 5. (e) l. auxi-
lium 37. in fin. ff. de minor. 25. an. & l. filio, §. ignominiosam 48. de ritu nuptia.

III.

Cum hic contractus consensu synallagmatico celebretur, ab eo ineundo excluduntur,
qui à legibus consensu destituti iudicantur, cuius classis sunt. Furiosus, (a) Demens, (b)
prodigus, (c) Errans, (d) Pupillus, sine auctoritate tutoris, (e) minor, (f) incerta perso-
na, (g) iracundus. (h)

(a) l. in negotijs 5. & l. furiosi 72. de reg. iur. ff. & Inst. §. furiosus, de inutil. stipul. l. qui
testamento 20. §. nec furiosus ff. de testam. l. si à reo 70. §. 3. ff. de fideiuss. Hottom. Instit. in
d. §. furiosus h. t. (b) l. obseruare 6. ff. de curator. furios. (c) l. 1. cod. t. (d) l. nihil consensui,
de reg. iur. (e) d. l. in negotijs, Myns. d. §. furiosus & ibid. Hottom. Instit. h. t. Vox enim &
verba

verba pupilli sunt, iudicium verò & consilium tutoris. (f) l. i. §. fin. ff. de reb. cor. & tot. t. de minorib. l. in quaestione 13. §. minores, C. de sententiam passis & restitutis. (g) l. qui admittitur, 19. ff. h. t. §. soluitur, in verb. certam personam sibi elegit. Inst. eo. Hottom. ibid. (h) Cagnol. in reg. iur. Quicquid calore nu. 5. Talis debet esse iracundia quæ ipsum contrahentem à mente alienauit. Decius in d. reg. Quicquid nu. 8.

IIII.

Species societatis à materia sumuntur. (a) Societas autem contrahitur vel tacite, vel expresse. Expresse, quando duo, pluresve, deliberatè & consultè de suarum rerum cõmunionè expressis verbis conueniunt. (b) Estq̃ duplex, altera publica, altera priuata. (c)

(a) VVesemb. in parat. nu. 3. h. t. (b) Mynsing. in princ. Inst. nu. 1. cod. Bart. & Bald. in l. si fratres h. t. (c) Mynsing. & Ioannes de Platea, in princ. Inst. h. t. & VVesemb. d. loco.

V.

Publica autem societas est, publicorum vectigalium, reddituum, (a) auri, argentiq̃, fo-dinarum, salinarum, pluriumq̃, similiarum à Rep. comparatorum.

(a) l. societates, §. l. verum 64. §. in hæredem, l. actione 66. §. nonnunquam ff. h. t. l. 3. §. quod ait, l. locatio 9. §. socij, ff. de public. & vectig.

VI.

Priuata societas fit quatuor modis. Primo, Omnium bonorum, quàm Græci specialiter κοινωνία, ἢ appellant: in qua ipso iure veniunt, etiam sine speciali traditione (a) omnes res corporales, quoad dominium & possessionem: Deinde hæreditates, & legata, & donationes causa mortis, aut quacunque ratione acquisita: (b) exceptis nominibus in eodem statu manentibus, quæ alter alteri cedit. (c) Secundo, Simpliciter sine mentione omnium bonorum: tunc solum illa veniunt, quæ ex quaestu, i. ex opera cuiusque descendunt, non illa quæ ob meritum, vel ex prospera fortuna obueniunt. (d) Tertio, Ratione vnius alicuius negotiationis, vt vini, frumenti, olei; & tunc solum veniunt quæ sita ex illa negotiatione. (e) Quarto & vltimo, in vna tantum re, vt in equo emendo vel vendendo, aut in alia re, nec ultra illam rem extenditur illa societas. (f)

(a) l. quia 2. h. t. Costal. ibid. & in l. si ager 50. de rei vind. ff. & in l. si socius, ff. si certum petatur, (b) l. i. in fine, & l. ea vero 3. l. societates 5. h. t. & Inst. in princ. cod. (c) d. l. ea vero in princ. (d) l. coire societatem 7. Costal. ibid. & l. nec adiecit 9. h. t. (e) Inst. in princ. h. t. ibi Mynsing. nu. 2. (f) l. societas 5. in princ. Mynf. & Ioannes de Platea, d. lo.

VII.

Hinc queritur, vtrum in societatem, in qua ea vniuersa communicantur, quæ sociorū sunt, (a) etiam transeant, quæ postea, ab aliquo eorum acquirantur? Et non transire, nisi reuera societati inferantur; (b) & acquirentem etiam intere à posse illa iure alienare: actione tamen pro socio ad illa communicanda teneri, asseritur. (c)

(a) vt dictum est in l. i. in fine & l. 3. in princ. h. t. (b) l. si socius 16. ff. si certum petatur. Vbi Costal. & l. Nemo 68. h. t. (c) l. si quis societatem 75. h. t.

VIII.

Et ideo si res nondum illata societati, sit surrepta, ei soli dabitur furti actio, qui eam emit, non alteri, licet omnium bonorum sint socij. (a)

(a) l. si quis vxori 53. §. si ex duob. ff. de furt. Costal. in l. si socius 16. si certum petatur.

Et quo-

IX.

Et quoniam voluntates legitimè contrahentium omnimodo sint conseruandæ, (a) non est dubium societatem non solum purè tractatu habito (b) siue verbis, (c) siue scriptura, (d) vel per nuncium vel epistolam, (e) sed etiam ex tempore, vel ad tempus, vel in perpetuum, vel sub conditione (f) coiri posse. Hactenus tamen obseruabitur, quatenus non sit onerosa, si vel vnus ex socijs sit iniuriosus, vel damnosus aut prodigus, potest nihil obstante pacto societati renunciari. (g)

(a) l. de societate 6. C. h. t. in fine, in verb. Voluntates l. i. §. si conuenit ff. depositi. (b) l. nam cum 32. h. t. (c) l. societatem 4. cod. (d) l. duo 72. eod. (e) d. l. 4. (f) l. i. in princ. & d. l. de societate, C. h. t. & glo. ibid. VVesemb. in parat. nu. 6. h. t. (g) l. si conuenerit. 14. h. t. & l. in hoc iudicium 14. ff. communi diuidendo. Costal. in d. l.

X.

Ex quo descendit & alia quæstio, quæ omnibus est in ore videlicet, de Ecclesia & minore, qui non possunt regulariter ad diuisionem prouocare. (a) Verum, si illis id ex re sit, si socios rixosos & prodigos, quorū presentia societati damnū aliquod sit importatura, (b) habeant, id illos posse affirmo: Hic enim & societas iustè renunciatur, & mandatum tacitè reuocari intelligitur.

(a) l. inter omnes. 17. C. de præd. & alijs reb. minor. & l. si pupillus ff. de reb. cor. qui sub tut. sunt. (b) Bart. in l. si conuenerit 14. h. t. Costal. ibid. (c) l. liberto, §. Largius & ibi Bart. de annu. leg.

XI.

Hinc soluitur & alia quæstio, qua queritur, an testator possit iubere, vt fratres aut heredes in societate perstent, Quod utique obtinet, si ad certum tempus in communionem esse iussi sint. (a) In æternum autem ne discedant, huiusmodi iussum nullas habere vires manifestissimum est. (b)

(a) l. si qui ita sint instituti 4. ff. de cond. instit. ibi Bald. & Ang. Costal. l. 14. de communi diuidendo. (b) per textum d. l. In hoc iudicium, §. si conueniat. Paulus & Iason in l. si non fortem 26. §. si centum, ff. de cond. indeb. Nemo enim inuitus compellitur ad communionem.

XII.

Aequitati maximè consentaneum est, vt qui lucrum sentit, damnum quoque sentiat. (a) Et pactum de lucro, intelligatur etiam de damno, & vice versa. (b) Quare si eadem lege societas coitur, vt duæ partes lucri ad alterum pertineant, tacitè actum intelligitur de ipsdem damni partibus æqualibus, etiamsi quæ conferuntur, inæqualia existant. (c)

(a) l. verum, §. vlt. cum ll. seq. h. t. Inst. §. illud expeditum est cod. (b) vt Faber & Mynsing. in d. §. illud in fine Inst. Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram ff. de verb. oblig. (c) l. §. l. si non fuerint 29. h. t. VVesemb. in parat. nu. 6. cod.

XIII.

Cum quoque iuris intellectu lucrum intelligi non possit, nisi prius omni damno deducto, nec damnum, nisi omni lucro subtracto. Societas ita coita non valet, in qua aliam partem damni, aliam partem lucri quis ferat, (a) potest tamen coiri, vt eius lucri, quod reliquum

quum in societate sit, omni damno deducto pars alia feratur; & eius damni, quod similiter relinquitur, pars alia capiatur. (b)

(a) l. Mutius 30 & ibi Bald. h. t. facit, l. 1. de fruct. & lit. exp. Costal. in l. fructus 7. soluto matrim. in princ. Hottom. §. 2. Inst. h. t. (b) per tex. fin. d. l. Mutius.

XIV.

Quamobrem & ita contrahi societas potest, cum contractui materiam suppeditet ipsa conuentio, (a) ut tam in non expressis quam in expressis partibus si contentio oriatur, à Iudice, qui partibus boni viri fungitur, (b) societatis partes statuendas esse non secundum arithmeticam sed geometricam proportionem pro vniuscuiusque operis atque opibus, quas in societatem confert, (c) plerumque enim alterius pretiosa opera & industria, aut gratia preponderat, (d) ut si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula solus subeat. (e)

(a) l. contractus, de reg. iur. in 6. Dd. ad l. bonæ fidei C. de pactis. (b) l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de verb. oblig. (c) l. si societatem 6. h. t. Mynsing. Inst. in princ. eod. Gaill lib. 2. pract. obser. obseruat. 24. nu. 4. (d) l. si non fuerint 29. §. ita coiri, & Inst. §. de illa sanè, ibi Faber & Mynsing. Glos. in l. 1. C. h. t. Hottom. in princ. Inst. eod. & l. societas 5. h. t. V Vef. in parat. nu. 7. eod. (e) Mynsing. d. l. loco, nu. 5.

XV.

Quod si opera aut industria estimatione hanc inaequalitatem compensari non appareat? verius est propter nimiam inaequalitatem, ne iure quidem pacti societatem valere. (a)

(a) l. si non fuerint, in verb. quod ita demum valebit. V Vefemb. in parat. nu. 7. h. t.

XVI.

In societate priuatorum pacisci non licet, ut mortuo vno ex socijs cum heredibus eius maneat societas: tamen post mortem actio pro socio durat, & heredi accommodatur.

l. nemo potest 35. l. hæres socij 40. & l. verum 63. §. in hæredem. Bald. d. l. 40. Lagus in method. Instit. Costal. in l. actione, §. morte h. t.

XVII.

In societate verò publicorum vectigalium bene coiri potest cum heredibus, (a) ut omnia damna & lucra communicentur, (b) negotij magnitudine, varijsq; contractibus, ne dissoluta societate locatio publica damnum faciat, id ipsum exigentibus. (c)

(a) l. adeo 59. §. 1. Lagus in method. sua Instit. (b) l. verum 63. §. in hæredem. Costal. ibid. h. t. (c) l. actione 65. §. pen. V Vefemb. in parat. nu. 11. h. t.

XVIII.

Tacite celebratur societas, quando non expressis declarato consensu verbis collatum est quippiam in commune, vnde societatis coita coniectura subministratur. (a)

(a) l. cum duob. 52. & ibi Bart. l. Labeo ait, h. t. & l. Item 4. ff. de pactis. Mynsing. Instit. nu. 3. in princ. h. t.

XIX.

Magnas etiam secum societas trahit utilitates, per quam ea, quæ per se homines assequi non possent, frequenter admodum consequantur; (a) vnde accidit, ut licet Spurius capere non possit hereditatem, (b) attamen si contraxerit, cum alio capace, iste alius heres à patre

à patre spurij institui, atque ita dimidium bonorum transire in spurium potest, (c) ex-
cluso omni dolo & fraude, quæ utique in dubio non presumuntur. (d)

(a) Peckius in reg. In re communi in princ. in 6. (b) Authent. ex complexu 101. C. de
incest. nupt. & in Nouel. quib. mod. nat. effic. sui. ad fin. (c) Bart. & alij ad l. si is qui ducit.
ff. de lib. leg. Bald. ad l. 1. C. h. t. (d) l. quoties, §. qui dolo. ff. de probat.

XX.

Contrario & suas habet incommoditates: (a) Quia in re communi socio vetante, non
potest socius quod vult. (b) Hinc enim cum Baldo à plerisque disputatum est, vtrum so-
cius, qui cum alio commune cubiculum conduxit, & recedere cupit, possit prohibente so-
cio, alium socium, aut inhonestam puellam pro suo arbitrio submittere aut obtrudere? (c)
Quod negatur.

(a) Peckius in d. reg. nu. 1. (b) iuxta eand. reg. In re communi (c) in §. fin. & ibi glos. &
Faber Inst. de locatio. & conduct. Idem Bald. ad l. si conuenerit, ff. h. t. quod enim omnes
tangit ab omnibus debet approbari.

XXI.

Queritur hic, quod si socij concurrant quisque pro arbitrio suo ad rem communem edi-
ficandam vel reficiendam, cui potius facultas edificandi præstetur? Et respondet Pompo-
nius, ei qui magis idoneo modo edificare vel reficere constituit, (a) & cuius sententia ma-
gis est utilis, magisq; directa ad vsum rei destinatum, (b) quod & Iudex ex re nata se-
cundum æstimationem & moderationem arbitrari poterit. (c)

(a) l. in reficiendo, ff. de damno infecto, & in l. parietis communis, cum l. seqq. (b) l. ar-
boribus §. nauis, & ibi glos. de v. fuf. Bald. & in l. 1. col. 2. & ibi Paul. de Castr. qui testam.
fac. pos. Faber in §. religiosum. Inst. de rer. diuis. (c) Albericus in d. l. in reficiendo de dam-
infecto. Peckius d. reg. iur. can. In re communi in verb. prohibentis.

XXII.

Et cum in re communi potior sit conditio prohibentis, (a) tantum operabitur prohibitio
possidentis, quod videatur vim facere, qui venit contra eandem. (b) Ideoq; socius inua-
dens rem communem, vim committit, & respectu partis socij, (c) in pœnas violentiæ inci-
dit, furtumq; facit, si vtatur re communi dolo malo ad non destinatum vsum. (d)

(a) iuxta d. reg. In re communi in 6. (b) l. præior ait, §. quid si vi. & ibi Bart. ff. quod vi
aut clam. V. V. f. emb. in parat. nu. 2. d. t. quod vi aut clam. (c) Glos. & Bart. ad l. si quis in tã-
tam, C. vnde vi. (d) l. quod si socius, ff. de furtis, & ibi Bart.

XXIII.

Damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt, in contractibus non præstantur, (a) velu-
ti si res latrocinio, vel morte, vel naufragio, perierit, si tamen nihil dolo aut culpa accide-
rit, (b) rationi consentaneum est, si quis huiusmodi fatalia damna passus fuerit, tunc reli-
qui socij cum socio sustinere rerum ablatarum iacturam & expensas præstare cogun-
tur. (c)

(a) l. cum duobus, §. damna fatalia, h. t. l. in iudicio, C. locati, l. quæ fortuitis, C. de pig-
actio. & l. 1. C. depositi, l. si vt certo §. quod vero ff. Commodati. (b) d. l. si vt certo §. nunc
videndum. (c) d. l. cum duobus, §. quidam tagariam h. t. (d) d. l. 52. §. eod. Costal. ibid.

Dolum

XXIV.

*Dolum & culpam utique socij præstare debent. (a) Unde fit, ut quod alea, vel adulte-
rio perdidit, vel furto sit sublatum, socius ex medio non sit laturus. (b) Vbi enim id de-
prehenditur, solus sarcire damnum cogitur is cuius dolo aut culpa istud datū apparet; (c)
sufficit autem talem adhibere diligentiam, qualem in rebus suis adhibere solet. (d)*

(a) l. contractus, de reg. iur. l. cum duobus 52. §. venit l. socius 72. l. socium 60. §. i. h. tit. Costal. hic & VVesemb. in parat. nu. 9. Mynsing. in §. socius socio n. i. h. t. (b) l. ad eò mor- te, §. quod in alea h. t. (c) l. non ob eam, eod. l. si ut certo §. nunc videndum ff. commodati, §. fin. Inst. eod. quia gratia utriusque celebratur. Alex. in conf. 47. circa primum lib. 1 & conf. 12 super 1. lib. 2 Ang. & Aret. in §. fin. Inst. h. t. Decius in d. l. contractus nu. 39. & 40. (d) §. socius socio fin. Inst. eod.

XXV.

*Solvitur autem societas ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione. Ex personis: si
quando intereunt, aut civili morte, hoc est, maxima & media capitis diminutione: aut
morte naturali. (a) Ex rebus, si non amplius existant, vel per consecrationem, publicatio-
nem, distractionem à creditoribus, factamve bonorum cessionem, conditionem suam mu-
tauerunt. (b) Voluntate, cum societati non fraudulenter renunciatur vel expresse vel ta-
cite. (c) Actione, aut stipulatione interposita animo novandi, qua alter alteri partem se
daturum promittit: aut iudicio, quo agitur in id ut ea distrahatur. Hisce enim mutatur
caussa societatis. (d)*

(a) l. societatem coire 4. l. verum 63 §. ult. ff. h. t. glos. in l. i. in fine. C. h. t. VVesemb in parat. nu. ii. h. t. Costal. in l. actione §. morte eod. (b) §. penult. Inst. h. t. (c) l. si conuenerit. 14. cum duab. seq. ll. & l. 5. C. h. t. & l. sancimus 7. & ibid. Glos. eod. (d) d. l. actione in princ. & ibi communiter Dd. Moz. hic coll. 7. Lagus in method. Inst. p. 3. c. 21. nu. 12. & c.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum



Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



THESES
TIT. INST.
ET C. PRO SOCIO.

CRISTO DVCE, ET AVSPICE,
VS CLARISSIMIS ET CONSULTIS-
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, &
ollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,
oac florentissimo iuridicæ facultatis apud
llegio, pro laudabili hucusque recepta
nsuetudine publicè disputandas
proponit.

AGRIIPPVS DVCKER
HECKENBECK, GELDRVS.

*in partu Virginis CIQ. IO. LXXXXI.
XII. Decembris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Xx
VDEBAT PETRVS KESCHIDT.



44.

